ex Piorum Eleemosinis, qui conveniunt etiam diebus Sabbati de sero ad Lytanias, quas recitant, praemisso sermone, sive exemplo ad fovendam Populi devotionem.

De Oratorio SS. Sacram.ti
die 16 d.

Sodales Societatis SS. Sacram.ti de qua superius actum fuit in visit.e altaris in eccl.a Cathedrali existentis, conveniunt in Oratorio singulis diebus Dominicis, et Festis de praecepto ad recitandum officium B.mae Virginis et psalmos Poenitentiales, sive officium Defunctor. Ibique retinent vestes, et Suppellectilia pro associando SS. Sacram.to praesertim quando defert. ad Infirmos.
Oratorium praedictum est sub directo Dominio mensae epalis. cui societ. annuum Canonem solvit, et inventum fuit ad formam.

De Eccl.a B.mae Virginis
Rosarium

Extra Civitatem per paucos passus vita d. eccl.a de Iuribus Societatis S. Bernardini, a qua manutenet, et custodit. per eremitam, qui hodie est F. Vincentius Nauf ex Civitate Valentis aetatis annor. 51.

De unico Altari

Unicum adest Altare cum Icone B. Virginis in muro depictae, ubi erectum est Beneficium de iure Patronatus DD. Philippi, et Pauli des Morellis, cum dote diversor. Censuum descriptor. in fol. inserto in actis p.e 1. fol. 145 et cum onere celebrandi singulis sabbathis, nec non quinque

Festivitatibus B. M. V. nempè, Purificationis, Annunciationis, Ad Nives, Assumptionis, et Nativitatis

Beneficium pref.tum possessum olim fuit p D. Paulum Morelli nunc autem p Matrimonium ab eo contractum vacat; bona administrantur p eund. D. Paulum, per quem Ill.mus D. mandavit doceri de adimplem.to, et provideri de Rectore p.t de Curesine expeditis quatenus pro Rev. Paulo Ant.o Spatera ass.to Nominato

Quoad Altare mandavit operiri Petra sacrata sela cerrata nec non depingi Crucem in fronte ipsius.

De Tota Ecclesia

Mandavit reaptari Tectum in partibus necessariis

De Sacristia

Reaptari Planeta albi coloris, in reliquis ad formam.

De Mansione eremitæ

Inventa fuit ad formam

De Eccl.a Campestri
S. M. Lauretanæ

Distat à Civitate per milliare in via Flaminia intra fines Eccl.æ Parochialis S. Benedicti, et est de Iuribus Heredum q. Silvij Stephani, qui eam ædificavit cum Dote annui redditus scutorum sex p.t in Lib. Beneficialium 7 Ibris 1673 fol. 132, quæ partim erogari tenetur in celebratione Missæ unius singulis Dominicis